

rior opinio à Rota approbatur; quidquid alii sentiant: ut videtur esse per ea, quae docet Garcias de benef. 12. p. c. 2. num. 116. vel nisi apponatur sit Clausula quoad de subreptionis, vel obreptionis vitio notari non possit gratia. Et constat de tali usu ex privilegio concessio à Nicol. V. Portionariis Tolet. quibus applicavit Decimas locorum depopulorum, ita ut si ad habitationem reducerentur, applicatio cessaret: de quo vide Rotam apud Pennam in recollectis à Frances dec. 117. n. 3. secundum Lugdun. impressionem.

331 Supradictus etiam consonum est disputare, an Unio ex falsa causa, sit nulla? Et quidem breviter dicendum esse nullam, sicut etiam sine causa factam; Barbof. in collect. ad Concil. sess. 7. de reform. c. 6. n. 12. & sess. 21. c. 5. n. 8. ut firmavit pluries Rota in Practicabilibus Rota, quae sunt post decisiones novissimas, quae de Unione, n. 2. per text. in c. fin. de filiis Presbyt. in 6. ubi Gratia obtenta à Papa ex falsa causa, est nulla: & ibi plures allegantur. Quod procedit etiam si fiat Motu proprio, si facta fuerit vigore Rescripti, quia subintelligitur, si causa verè fuit: cap. 2. de rescript. & dum Papa causas Unionis inserit, si sint de facto alieno, post-ponit de falso redarguit Practicabil. Rota ubi supra num. 10. Et hanc eandem opinionem, videlicet Unionem esse nullam, sequuntur Bellarm. in declarat. ad Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 7. in observat. doctrin. vers. Unita, Garcias d. p. 12. c. 2. num. 115. & seqq. Barbof. de Uniu. l. r. Eccl. d. lib. 3. cap. 16. num. 52. Reddentes rationem, quia Rescripti gratiae validitas dependet à veritate narratorum: quod extenditur etiam si Unio facta fuerit Motu proprio: Sanchez in praecep. Decal. lib. 7. cap. 29. num. 176. Barbof. d. num. 52. quod non parvam continet difficultatem: notatque idem Barb. ibid. hoc non procedere in Unione facta ab Ordinario, si vero alio inferiore Papa, quae est irritanda ope exceptionis: nam cum concernat magis Iustitiam quam Gratiam, ope exceptionis annullari debet; quidquid Garcias & alii apud Barbof. ferunt, quod ad nostrum institutum non spectat, cum huiusmodi Uniones Ecclesiarum Cathedralium à solo Papa fieri possint, ut diximus. Erit conciliatur Menoch. Contrariam dicens viotorem, lib. 2. de Arbitr. Cent. 3. casu 201. n. fin. Lot. de re benef. lib. 1. cap. 28. num. 147. & alii.

337 Quidquid sit in aliis, quibus tacitis, vel expressis falso, unio annullabitur, si falsitas fuerit circa causam finalem, non vero circa impulsivam: Sanch. de Matr. lib. 8. disp. 21. ex num. 31. Garcias de benef. 6. p. c. 2. n. 191. cum seq. Monet. ubi proximè, num. 430. latè Malfcar. de probat. conc. 1412. per totam.

338 Insuper & dubitatur an per non usum amittatur Unio? Et certum est amitti: per text. in c. Si de terra, de privi. ubi communitè DD. Suarez de legib. lib. 8. c. 34. num. 24. ubi advertit, omnes gratias Apostolicas concedi sub tacita conditione, si per non usum non amittantur: idem tenent & sequuntur plures apud Barbof. in Collect. ad text. in cap. Cum accessissent, de Confit. numer. 5. Guido Papa dec. 406. num. 2. Boet. dec. 386. circa finem, Seraph. dec. 1410. n. 27.

340 Atque ita in specie per non usum, si per contrarium usum amitti Unionem, probat Moneta de Commut. ult. vol. cap. 11. ex n. 543.

341 Quantum verò temporis intervenire debeat ad amissionem privilegij? majorem continet difficultatem: In quo text. in d. c. Si de terra, tempus triginta annorum requisivit: sicut e contra, praescriptio in omnibus unionibus etiam cum titulo per ejusdem temporis lapsum probatur: Penna dec. 30. n. 8. & 9. in recollectis à Frances & dec. 44. n. 5. secundum Lugdun. impressionem. Si verò sine titulo allegetur, indiget immemoriali: ut cum Felino conf. 2. num. 14. versic. Titulus autem putativus, & Rebuff. in praxi, tit. de Unione benef. num. 3. tenet Penna supra num. 10. & ita praticari in Rota asserunt Theodosius de Rubéis in sing. Rota, p. 2. verb. Unio, §. 2. pag. 113. Barb. in Collect. ad Conc. sess. 7. de reform. c. 6. num. 29. in fine. At verò in c. Accedentibus, de privileg. 342 Quodraginta anni requiruntur, quod & confirmatur ex generali Regula text. cap. De quarta, c. Illud, c. Ad aures, de praeser. ubi generaliter quodraginta anni ad praescribendum requiruntur, de quorum interpretatione plu-

ribus relictis, de quibus Barb. in Collect. ad text. in dicit. c. Si de terra: Dic, quod privilegium potest amitti per non usum, & per praescriptionem: per non usum amittitur spatio triginta annorum, juxta text. in dicto cap. Si de terra: per praescriptionem verò, quodraginta: juxta decisionem text. in d. cap. Accedentibus, cum aliis superius adductis; quibus accedit ut in d. cap. Si de terra, Decimè erant Ecclesiae Parochiales, cui auferbantur habenti assistentiam Juris; at verò in d. cap. Accedentibus, Decimè erant Templariorum, qui contra suum solvebant privilegium alius Monachis, quibus de Jure non debebantur: atque ita in d. c. Si de terra, solum disponit Pontifex, motus ratione non usus, at verò in d. c. Accedentibus, movetur ratione privilegij & praescriptionis: unde mirum non est, si ibi triginta, hic verò quodraginta anni requirantur: & ita tempus 40. annorum requirit Valenz. conf. 71. num. 61. & conf. 101. num. 42. qui loquitur in Immemoriali ex eadem Ratione; Penna dec. 734. num. 15. quasi 40. anni sufficiant cum titulo, Immemoriali verò requiritur deficiente titulo: ut per plures quos sequitur Rota dec. 233. num. fin. p. 1. recent. praecipue si Jus assistat, prout in Cathedralibus; ut optimè declaravit Rota apud Farin. in posth. tom. 2. decif. 461. numer. 6.

Haec autem doctrina limitatur, nisi habens privilegium, circa aliqua eo usus fuerit: quia hoc casu, licet quoad alia non fuerit usus, omnia conservat: ut optimè declarat Rota apud Pennam in recollectis à Frances, dec. 734. n. 12. & decif. 761. num. 8. ex Regula communi Doctorum docentium, quod si durat aliqua ex causis, vel in aliquibus singularibus ipsa causa conservatur, remanet etiam effectus: ut per text. in l. lura, ff. de legib. tradit Bald. in l. 1. lict. 1. num. 3. vers. In eadem gloss. de Ferris, Tiraquell. in tract. cefsan. caus. limit. 7. Et licet in parte cesset causa, adhuc non cessat effectus: Gloss. in c. Cum accessissent, de Confit. DD. in l. Generaliter, de Episc. & Cleric. & in c. Cum cessante, de appell. Tiraquell. supra limit. 3. 1. praecipue si conservatio fuit in aliquo ex principalioribus, quia tunc remedium etiam possessorem debetur, etiam respectu possessionis specialis Rota in una Hispanens. quam refert Lancell. de Attent. p. 4. c. 4. limit. 1. num. 46. Ad idem videndus Socinus consil. 48. numer. 17. & 24. ubi docet, loquendo de praesentia tendendi, ad conservandam possessionem praesentia tendendi, ad conservandam possessionem praesentia tendendi, illae reliquae sufficiunt: Feder. de Senis conf. 5. in fin. & conf. 19. in fin. Purpur. in lib. 1. numer. 67. ff. de offic. eius: Dinus in Regul. decet, de reg. l. r. in 6. Roland. conf. 52. n. 55. vol. 2. Carolus de Tapia in l. fin. ff. de Confit. Princ. c. 4. a numer. 33. Placa de delict. c. 6. n. 7. & videnda sunt, quae dicemus c. sequenti, num. 123. Ad cuius probationem etiam conducit, quod Pater non amittit privilegium duodecim filiorum quos procreavit, licet postea aliqui ex illis moriantur, sed illi conservatur, initio inspecto: latè Roland. conf. 52. a num. 46. lib. 2. Bald. in c. 1. §. Imperium, n. 12. de pace Constan. ubi submersa civitate, Episcopus privilegium pro parte conservatur, si in totum valida esse nequeat.

Secundò, supradicta Regula intelligenda est, dummodo evenit casus utendi privilegio: Cavaller. dec. 80. num. 6. Seraph. dec. 1043. n. 3. & 4. Additio ad decif. Penna 734. num. 12.

Dubitatur ulterius, an in unione Ecclesiarum Cathedralium requiratur consensus Capituli? in quo certum est sicut in ceteris requirit: latè Monet. de Commut. ult. vol. c. 11. ex n. 479. nisi Papa absque illius consensu unionem facere vellet, ex Rebuff. in praxi regul. de Unione gloss. 11. Bellis conf. 137. nu. 18. At verò quando fit Unio alicujus Ecclesie Mensae Episcopali, quia fructus Episcopatus valde diminuti sunt propter bella, v. g. hoc fieri possit accedente Capituli consensu, Aegidius dec. 513. Practicabil. Rota post decif. noviss. ubi de Unione, num. 12. vers. Circa praedicta, ubi generaliter docent posse fieri, si unio fiat de Ecclesia Ecclesie; & quod iste consensus debeat esse Capituli capitulariter congregati, non verò Canonico, etiam si majoris partis consensus accesserit, ex Felin. in c. Cum omnes, num. 24. & 28. de Confit. Rota in Calagur. Canon. & decif. 484. num. 6.

355 p. 2. inter Recen. Farinacij. Licet praescriptione possit acquiri ut absque isto consensu Unio fiat, ex Caccialupo de Unione. art. 6. n. 10. Oldrad. conf. 262. colum. 1. vers. in Unione.

356 Quae doctrina licet in aliis unionibus applicari possit, tamen ad unionem Cathedralium impossibile est accomodari: quare si Ecclesia juris fuerit Patronatus, & consensus Patroni & consensus Capituli requiritur: Rota dec. 688. n. 2. p. 2. rec. Si verò iusta subest causa, etiam si Episcopus & Cathedralis repugnent, erectio fieri debet: Solorz. de Ind. iur. 10. 2. l. 3. c. 5. num. 17.

358 Quomodo autem intervenire debet, disputant etiam DD. In quo breviter dicendum est praecedere debere tractatum, cum sapiat alienationem, quo habito, quomodo cumque de eo constet, voluntate explicita, sufficit: in Rota declaravit in Elboren. dismembrationis, 18. Novemb. 1600. coram Justo: qua sequitur Lotter. dict. cap. 28. num. 14. usque ad 18. Gratianus discept. 278. num. 32. Hujus autem consensus rationi sufficit quod ad sit per rationem, nec opus est quod in ipso actu ad sit: & plura circa consensum & modum consentiendi videnda sunt apud Azor. in sit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 28. quest. 11. Exceptio autem defectus consensus Capituli, solum per ipsum potest opponi: Gratianus supra num. 31.

360 Circa verò gubernium harum unitarum Ecclesiarum Cathedralium, plures se offerre possunt difficultates, quas in unum congesti Sacra Concilia Congregatio pro Episcopo Civitatis Castellanae & Hortanae, sub die 8. Junij 1624. ubi latè interrogatio proposita fuit, quam ad litteram proponere placuit.

361 Pro Episcopo Civitatis Castellanae & Hortanae, posita constitutione felic. record. Eugenij IV. super unione Ecclesiarum Castellanae & Hortanae, an residens Episcopus in aliquo loco alterius Duceffis, quamvis non residet in Civitate Castellana & Hortana, satisfaciat suis obligationibus circa residentiam? Secundo, in qua ex dictis Civitatibus sit primò inchoanda Synodus; & an Episcopus possit cogere Clerum illius Civitatis in qua ea non celebratur, ad interessendum illi? Tertio, an quando Episcopus conficit Christina in una ex dictis Civitatibus, Clerus illius Civitatis in qua illud non conficitur, teneatur illud ab Episcopo accipere, & an Episcopus ad illi interessendum possit cogere Clerum illius Civitatis? Quarto, an Clerus Hortanus monitus ad recipiendum Oleum sanctum, in contemptum sui proprii Episcopi, accipiens illud ab alieno, possit aliis poenis plecti ultra peccatum mortale? Quinto, an Episcopus volens in Civitate Castellana cognoscere causas Civitatis Hortanae & illius Duceffis, & vicissim causas Castellanae in Civitate Hortana, possit per seipsum illas cognoscere, scribente Notario quomodo maluerit, non solum processu causarum, verum etiam visitationum. Sexto, an Episcopus existens in Duceffis Hortana pro negotiis tunc peragendis illius Duceffis, possit se denominare Episcopo Civitatis Castellanae & Hortanae, aut Hortanae & Civitatis Castellanae, & quomodo etiam debeat denominari quando existens extra residentiam, committit aliquid petagendum in aliqua ex dictis Duceffibus.

Sacra Congregatio Concilij sub die 8. Junij 1624. Respondet ad Primum, Episcopus in aliqua parte alterius ex dictis Duceffibus residentem, suae obligationi circa residentiam utique satisfacere, dum in aliqua ex suis Cathedralibus resideat, temporibus à Concilio praescriptis, decreto c. 1. vers. Eisdem interim admodum, sess. 25. Ad Secundum, proximam futuram Synodum esse indicendam & celebrandam in Civitate Castellana, in qua ad praesens Episcopus reperitur: deinde verò in Civitate Hortana, & sic deinceps singulis annis observari debere; abque tamen praesidio Partium tam in petitorio quam in possessorio iudicio, & donec Articulus praedentis plenè cognitus & definitus fuerit. Ceterum ad Synodum in altera ex dictis Civitatibus celebrandam nequaquam teneri accedere Clerum alterius Civitatis. Ad Tertium, Clerum unius Civitatis non solum teneri facrum Oleum accipere ab Episcopo, illud in alia Civitate conficente; verum etiam cogi posse eidem Episcopo in huiusmodi ministerio assistere ad sacrum Canonum

praescriptum. Ad Quartum, posse puniri ab Episcopo. Ad Quintum, Episcopum in una ex dictis Civitatibus existentem posse per seipsum cognoscere causas alterius Civitatis, vel Duceffis, adhibito Notario sibi benevolito tam in processibus conficiendis, quam in actibus visitationis conscribendis, sed tamen debere eum habere rationem ut id non passim, sed raro & aequa ex causa fiat, & in arduis tantum, & in gravioribus negotiis, ne Constitutio Unionis eludatur. Ad Sextum, quemadmodum Episcopus in Civitate Castellana, vel ejus Duceffis assistens, Civitatis Castellanae & Hortanae Episcopus est appellandus; ita e converso, dum in Civitate vel Duceffis Hortana moram trahit, Hortanae ac Civitatis Castellanae Episcopus nuncupari eum, atque inscribi debere. Quod si extra Duceffem resideat, in negotiis ad Civitatem & Duceffem Hortanam pertinentibus, Hortanae & Civitatis Castellanae, in spectantibus verò ad Civitatem Castellanae, & illius Duceffem, Civitatis Castellanae & Hortanae Episcopus esse denominandum, 8. Junij 1624. Cosmus Card. de Torrez.

Quoad detractionem verò in carcerem dubitatur insuper, an Clerici unius Civitatis possint detrueri in Carceres alterius, v. g. Clerici Calaguritan. in Calcaeten. & e contra; an verò in qualibet civitate teneatur Carcerem habere Episcopus? In qua, facta item Congregatio 17. Januarij 1604. dedit litteras pro Episcopo Sulmon. & Valven. concurrentibus Clericis Valven. Duceffis, ita scribens: Quoad Amplitudine tua Valven. & Sulmonen. Ecclesie, Dei & Apostolicae Sedis gratia praesertim, ipsam utriusque Civitatis Duceffis aequè prospicere debet; & propterea cum aliquis ex dictis Valven. in carcerem fuerit coniciendus, non ad Sulmonen. Civitatem ducendus est, sed carceribus Valven. Palatii Episcopalis, ubi Amplitudine tua moratur, mancipare debet; ne accedat squalori carceris, etiam itineris incommodum ac verum necessarium deficiat, quas ultra propriam Patriam consanguineis agrè suppeditant, id summa equitate postulat, & ab Amplitudine tua observari mandant Illustrissimi Patres Conc. Trid. Interpretes.

Insuper etiam quoad constitutionem Vicarii in utraque Civitate pro causis cognoscendis, ne Clerici unius Partis ad aliam accedere compellantur; Sacra inter Congreg. die 11. Maij 1594. in causa Sutrina & Nepesina, congerente Sutrinae Civitatis Capitulo, mandavit Episcopo constitutur Vicarium in Civitate Sutri, & mandare Officialibus Curiae Nepesinae ne Clericos Sutrin. in aliquo molestent, nec se ingerant.

Item etiam in Calagurritana & Calcaieten. adinvicem aequè principaliter vicarij, die 7. Septemb. 1630. declaravit Congregatio, Episcopum Calagurritan. volentem procedere ad punitionem Capitularium Calcaieten. debere id facere in Civitate Calcaiet. non verò in quacunque parte Duceffis: ut de his omnibus patet ex his quae refert Barbof. de uniu. iur. Eccles. d. lib. 3. cap. 16. ex num. 24. usque ad 29. & Grat. discept. 892. per totam, ubi latè. Vide eundem discept. 655. ubi latissime.

Suppositis verò supradictis Declarationibus, videndum est quomodo illae duae Ecclesiae uniae per unum regantur Episcopus, & quomodo denominatio fieri debeat, & unaquaque sua retineat jura & praesentia. Materiae est text. in d. c. Et temporis, c. Praecipimus, 16. q. 1. de qua Mandol. in reg. 22. Cancel. q. 13. num. 18. usque ad 23. & reg. 12. quest. 1. num. 3. & 4. quem sequitur Gratian. discept. 291. num. 5. & discept. 655. num. 18. & remissivè tantum Gonzal. dict. §. 7. ex num. 29. Itaque denominatio, quotiescumque aequè principaliter facta est unio, sumenda est à loco ubi reperitur Episcopus, juxta supradicta; itaut quotiescumque rescribit Episcopus, debet primo loco ponere nomen Ecclesiae ubi reperitur, ut contingit in Episcopatu Viterb. & Tusculano: ut citato Mandol. in reg. 12. de uniu. q. 1. n. 4. & conf. 27. num. 3. observat Gonz. ex d. num. 29. cum sequi si verò ex his una fuerit dignior, ab ea sumenda est denominatio: L. queritur, ff. de stat. homin. c. literis, de iure Patronat. Rebuff. in praxi, tit. de uniu. num. 16. quod ita observatur in Episcopatu Calagur. & Calcaieten. In quo Episcopus semper anteponi titulum Calagurritanum, ut est notum



Post. decis. dec. 340. nu. 4. tom. 2. Ludov. decis. 557. num. 9. Quod fallit si in ea parte que effectuat fuit, aliqua particularis circumstantia effectuationis evenierit, que in alia non reperitur; quo casu de alia ad aliam non licet arguere, in qua non eadem ratio viger: v. g. si in una Ecclesia adfuit consensus Rectoris, in alia vero non; ut optime distinguit Rota apud Pennam dec. 1337. n. fin. & 1379. nu. 5. secund. Lugd. Impr.

480 Quartò, fortae dicitur effectum Unio post sententiam executionis, ejusque possessionem captam, ut videre est apud Garciam 12. p. c. 2. num. 251. Ludovicum Bellis dicto conf. 137. n. 6.

481 Denique unio dissolvitur ab eo qui potestatem habet uniendo, ut tradunt Garcias d. c. 2. ex nu. 301. usque ad 308. Barbof. d. cap. 16. num. fin. & ita causa Unionis cessante, veluti necessitatis, sive utilitatis, sive quia ex ea majus redundat damnum, revocatur: Petul. de unione in pref. c. 1. n. 3. quo casu revocatio operatur, quod Ecclesia unita remaneat in statu antiquo, eodem modo ac si Unio facta non fuisset: Garc. n. 309. Barbof. nu. fin. Quare unionem Cathedralium solus Papa dissolvere potest, quia ad illum solum privatè spectat illam unire, ut in principio notavimus: c. Cum inferior, de maior. & obed. Lotter. lib. 1. q. 29. n. 11. licet coram Ordinario tractari possit, an Papa fuerit deceptus per obreptionem vel subreptionem facti narrationem; Azor. Instit. mor. part. 2. lib. 6. c. 28. q. 3.

485 Ut autem Unio dissolvatur & annulletur, judicialiter debet fieri cum conclusis probatione, ex adductis à Penna dec. 770. num. 5. secundum Lugdun. Impressionem.

486 Et ut uno complectar verbo totam materiam quaeriti; Unio dissolvitur, sive revocatur ex causis contrariis illis quibus soluta fuit: veluti si facta fuerit propter diminutionem, conciliat propter augmentum: ut sup. c. 6. de caus. origin. nov. Cathedr. notavimus num. 185. si in prejudicium tendat: Clem. fin. à contrario sensu, de reb. Eccles. Rebus. in prax. tit. de revoc. unio. num. 13. Sed hoc non procedit in Cathedralibus vacantibus, ex speciali privilegio, etiam si detur defensor: c. 1. ne Sede Vacan. DD. in Clem. fin. de reb. Eccles. Rebus. n. 14. Quare cause revocationis Unionum, ad eandem, quas pro Unione retulimus, reducuntur; vide licet ad evidentem vel magnam utilitatem: ita resoluit Azor. Instit. mor. p. 2. l. 6. c. 28. q. 20.

488 Verum supradicta procedunt, dummodò Unio in parte saltem sortita non fuerit effectum; quia casu quo in aliqua parte fuerit executioni mandata, non habet locum Regula Revocatio unionum: Gratianus discept. 893. num. 56. ut latè suprà probavimus: & declaravit Rota apud Cavalierum dict. decis. 439. numer. 7. ubi plures alias citat.

489 Quando verò Unio ad hunc casum dicatur effectuat, dicunt Barbof. in Collect. ad Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 10. juncto Valenz. conf. 22. num. 44. quod per executionem & notificationem maximè sequitur possessione, vel quando per eum non fiat quo minus capiat; ut ex Boerio decis. 346. num. 2. Ojeda de incompat. benef. c. 3. num. 9. observat Valenz. supra ex num. 44. Non enim sufficit Gratia facta à Papa, nisi fuerit executioni mandata: ut de stylo testatur contra Oldrad. conf. 223. col. 2. & Conf. 257. col. 6. Practicab. Rotæ d. verbo Unio, n. 16. in fine: & suprà notavimus in principio huius Capituli. Atque ideo si unio non est effectuat, sed ea non obstante beneficia sicut antea collata seu provis fuerunt, non dicitur Unio, Penna decisio. 1282. 1337. num. 8. & 1379. num. 2. secundum Lugdun. Impres.

492 Facta verò erectione Cathedralis Ecclesie, beneficiisque unitis pro ejus dote, quorum Unio vivente Pontifice sortita non fuit effectum, si contingerit Papam ab humanis extrahi, novumque Successorem Regulas promulgare Cancellarie cum revocatione Unionum, quaeritur an hec qua sortite non fuerant effectum comprehendantur: Et breviter negativè resolvendum est: nam cum accessorie fuerint Uniones ad erectionem Ecclesie, & erectio qua est Gratia principalis non comprehendatur in Regula, nec Unionis Gratiam tanquam accessariam comprehensam esse dicen-

dum est; sive loquamur de Gratia erectionis jam facte, sive erectionis faciende: Seraphinus dec. 382. & alius citatis in terminis Cathedralis, Cavalierus d. dec. 449. n. 6.

Ad capiendam verò possessionem Unionis, post mandatum Executoris, nihil aliud requiritur: possunt enim illi ad quorum favorem concessa fuit Gratia, jam propria capere auctoritate: hoc enim distat inter Gratiam Unionis, & caterorum beneficiorum; quod prima, potest propria capi auctoritate; cetera verò nequaquam: ut Rebus. citat. in Regul. de Union. gl. 11. n. 17. tenet Ludov. Bellius conf. 137. num. 21.

Sed & hic notandum est, unita Ecclesia Cathedrali, ita ut ex duabus una fiat per unionem, Episcopum sponsum esse utriusque per modum unius, itaut non dicatur nisi unam habere Ecclesiam, ut satis superque ex supradictis apparet: nec ad hoc interest, quod accessorie vel principaliter uniat: Repugnanti enim solum datur in eo, quod plures non possunt esse Sponsi unius Ecclesie: bene tamen possunt plures non uti Titulares, sed uti servitores aequales esse ejusdem: ut optime distinxit Rota apud Seraphin. dec. 1301. in princ. n. 11.

Quando verò una Ecclesia Cathedralis aliam unitam possit præscribere: vide Monet. de Commut. ultim. volunt. cap. 1. n. 245. Et quomodo status Ecclesie mutari possit per consuetudinem, sive per prescriptionem: agit idem Moneta proximi citatus, n. 230.

Sed si quæras an unita Ecclesia, transferantur Capella: sub distinctione resolves: etenim si fuerint de mensa unitæ Ecclesie, transferuntur; factus autem in aliis; ut pluribus citatis resoluit Rota apud Duran. dec. 14. nu. 13. & dec. 92. n. 11. & 12.

An verò abque ista Unione unus Episcopus duabus possit præfici Ecclesiis: & an Papa abque causa dispensari possit, & dispensatus sit in foro intersecurus? vide latè Diaman resol. moral. p. 12. tract. de Consecr. Episc. resol. 72. per totam.

Et quidem licet effectus Unionis viderimus, tamen aliquid superest investigandum circa sepulturam Episcopi, qui cum de Jure debeat sepeliri in sua Cathedrali, ut cap. 17. de sepulturis dicemus in principio; tamen si duas habet Cathedralis, nec elegerit sepulturam, in ea in qua mortuus est sepeliri debet: quandoquidem in diversis constitutæ sunt civitatibus; ex Card. Zabarella conf. 90. in princ. per totum, vel nisi una ex eis habeat sepulturam pro Episcopo, ut ex eodem Zabarella ratiocinatur Tulfus practic. Concl. lit. S. concl. 89. ex num. 19. Ex quo à fortiori infero, Sacramenta Episcopo, dum in extremis est, ministrari debere ex Cathedrali ubi degit, etiam si due sint unitæ in eadem Civitate: sed de hoc latius in fine Capite de Parochia Ecclesie Cathedralis, ubi etiam de funeralibus dicemus.

Major verò difficultas existit, an unitis duabus Ecclesiis, itaut suppressio beneficiorum seu Canoniarum fiat, & ad certum numerum reducantur, quibus impositum est onus servitii in una, id est in ea ad quam fuit unio facta, quæ erat accessoria, an suppressio intelligatur de vacantibus ex utraque Ecclesia, an verò de illa unita: Et quidem ad voluntatem Pontificis hoc casu recurrendum est, quæ ex verbis Unionis deducitur & elicitur: de quo latè videndus Sueses in semicentur. conf. 18. tom. 2. per totum, ubi latè plura in facti contingencia disputat.

An autem per Resignationem suspendatur Unio: vide Rotam, ubi quomodo per eam illi derogetur, decis. 38. part. 1. recent. Farinac. ubi latè: si verò facta fuerit, quovis tempore per cessum vacare contigerit, non purificatur, nec cessat per cessum factum in favorem certæ personæ: Farinac. in posthu. 2. decisio. 175. numer. 1. & 3. & decis. 340. numer. 3. ubi quomodo effectuatio probetur: de quo videndus Barbof. in Collect. ad Concil. sess. 7. de Reformat. cap. 6. num. 10. ad idem Farinac. in posthu. decis. 352. num. 4. cum seq. p. 2. & dec. 403. num. 1. ubi de suspensione Unionis.

Quid verò procedat in privilegio concessio Ecclesie, si due sunt ad invicem unitæ? Dicas quod ambabus competit, ex his quæ cap. seq. n. 107. dicemus.

Major

504 Majorem verò difficultatem continet illa quaestio, quæ necessario ex dictis num. 414. & seq. oritur; an existente, justa causa, invito Patrone, possit fieri erectio seu Unio? In qua breviter concludo posse, si necessitas vel utilitas urgeat, quæ consistit, puta in augmento cultus divini per Collegium, ut puta quia forsitan in illo loco non erat Ecclesia Cathedralis quæ de facili adiri potest, ut in Episcopo circa Collegiatam tenet Lambertin. de Jurepatron. lib. 3. qu. 6. art. 1. n. 2. & alii quos sequitur Monet. de commut. c. 11. nu. 377. & 383. DD. in c. Nobis, de Jurepatron. & ad idem est text. in c. 3. de Eccles. adific. ubi propter hanc causam nova Parochia erigitur invito Rectore, ut patet ibi: si verò persona Matticis Ecclesie virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire; tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci: Glof. in c. Nulli, verbo constitui, 99. dist.

506 Ex quibus optime deducit Lotterius de re benef. d. lib. 1. q. 11. num. 29. quod justa causa præexistente possit summus Pontifex novam erigere Cathedralis, non solum si populus instet, sed etiam si negligat, amò eo invito: ad quod probandum adducitur Glof. verbo rogaverunt, in c. In novo, 21. dist. de quo jam diximus supra num. 413.

507 Quod etiam probatur ex text. in c. Nullus, 61. dist. ubi invitis non esse dandum Episcopum Cælestinus Papa decrevit, nisi per negligentiam neminem elegerint: ecce quomodo existente causa Pontifex facere potest, quod aliis in prejudicium Tertii facere non convenit.

508 Verum in hoc maxima cum cautione procedendum est, ut nullus invitis & non petentibus ordinetur, ne Civitas Episcopum non operatum aut contemnat, aut oderit; ut dicebat text. in c. fin. 63. dist. fin.

509 Nec quidquam obest text. in can. felix 51. in ordine, 16. q. 1. quem ex Concilio Carthaginense I. sumptum esse constat, licet alii ex Selembitano, ut notavit Crespe. in Summ. Eccles. discip. verbo Episcopatus, fol. 345. ubi ex crescente populo, ejus voluntate in cuius potestate Diocesis est constituta, Episcopum habere constituitur. Nam responderetur, voluntatem seu consensum Episcopi esse requirendum; at verò causa justa existente, si ipse consentire noluerit, erectio faciendæ est nihilominus, ex dispositione text. in præallegato cap. Ad audientiam, de Eccles. adific. ita ut requisito consensu requiratur ad justificationem cause, ut injuria ei non irrogetur, non verò ut ejus iniusta contradicchio commune bonum & animum salutem impedire possit: aliud enim est fieri posse irrequisito Rectore seu Episcopo, quod non posse declaratum fuit in dict. c. multis Conciliis, juncto d. c. felix 16. q. 1. Aliud verò illo requisito, & sine justa causa contradicente, per text. in d. c. ad Audientiam, ut magistraliter distinguit Glof. materiam completens in d. c. Nulli, verbo constitui, 99. dist.

512 Similiter ex dictis interpretantur quamplurima decreta Conciliorum, quæ idem statuerunt: ut videre est per decretum Carthaginense 3. canone 42. quod refertur à Gratiano in d. c. multis, cuius etiam dispositio & prohibitio novam non erigendi Ecclesiam abque consensu, in Hippo-nensi can. 32. & Carthagi. can. 46. ubi legitur, Audivimus constitutum ut Diocesani non mereantur Episcopos accipere, nisi cum consensu eius sub quo fuerint constituta; de urbanitate, non de necessitate intelligenda sunt, ita ut, non posse, id est non debere, sive non oportere, interpretandum est, ne forte Episcopus exofus sit subditis, & justa non existente causa.

513 Omnia autem supradicta intelligenda sunt de duabus Cathedralibus unitis, non tamen in Ecclesiis ubi non solum adest unio, sed unitas, qualis reperitur in Ecclesia Vercellen. ubi adfunt due Ecclesie Cathedralis, videlicet Ecclesia sanctæ Mariæ Majoris, & Ecclesia sancti Eusebii, quæ licet diversæ sint, tamen unum tantum constitunt Capitulum, & gubernantur in sessionibus & concurrentiis tanquam si essent unius Ecclesie Canonici, antiquitatis, & gubernationis jure quoad omnia: juxta text. in cap. Statuimus 15. extr. de majoritate & obedientia, ita ut in quibuscumque actibus utriusque Ecclesie Canonici tam in Choro, quam in processionibus, sessionibus, & omnibus aliis actibus,

observetur dispositio textus in d. c. Statuimus, ita ut stante unitate, non tanquam due Ecclesie unitæ per modum unius, sed tanquam una, ablata unione, judicetur; prout sæpius declaravit Rota in Vercellen. unitatis Capituli, 12. Junij 1598. coram Penna decis. 699. secundum Lugdun. impres. & aliis sæpe: de qua materia etiam adest optima alia decisio Vercellen. unitatis Capituli, 9. Maij 1644. coram Eminentiissimo Orthobono dec. 4. inter eius impressas, quam omnino videas, ubi optime materiam distinguit, m. 21. dicens: Cum igitur hic non agatur de unione duarum Ecclesiarum, sed de unico Capitulo gratia commodioris habitacionis, usus, ac servitij materialiter divisio in duas Ecclesias: nihil mirum est, si facta divisione honorum omnium, divexos retineant Officiales, arcam & sigillum; quia hec respiciunt dysfunctionem physicam, & materiale, manente tamen unitate originali, & primæva quam non sustulit divisio facta ad alios effectus, puta gratia commodioris habitacionis & possessionis, ubi etiam num. seq. disputat, quæ sint signa Unionis, vel Unitatis Capituli: licet enim Unitas præsumatur, nisi probetur pluralitas, ex pluribus decisionibus, quas sequitur Rojas dec. 347. n. 9. tamen hæc doctrina non procedit in unione beneficiorum seu Ecclesiarum, quæ non præsumitur nisi probetur: ex latè adductis in hoc Capite. Sed tamen adverte postea de Anno 1644. unitam fuisse Curam sanctæ Mariæ Majoris Vercell. ad Ecclesiam sancti Eusebii, non per viam Unitatis, sed per viam Unionis, licet declarata fuerit invalida: ut firmavit Rota in Vercellen. unitatis, 28. Junij 1649. coram Rojas, decis. 408.

Ex quibus ad decisionem quaestiois huc usque non pertractata deveniendum est; videlicet an Episcopos duarum Cathedralium ad invicem unitarum, teneatur in duabus simul capere possessionem, ita ut ea non capiat, in una, etiam si in alia caperit, possit Episcopatus gubernacula exercere, vel Sedes tunc etiam vacare contingat? Dubitationi aniam præbet text. in extr. unius, de elect. inter Communes: ubi expressè disponit Bonifacius sub gravissimis penis non esse parendum Episcopo, vel Abbati, donec in Ecclesia sua per ostensionem literarum capiat possessionem: ita ut communiter ibi Doctores noverit usque, dum Sedem durare vacantem, & Capitulum gubernare debere: ut latè per Gonzalez ad Regul. 3. Cancell. gloss. 5. §. 2. ex n. 84. usque ad 90. Ex quibus videtur concludendum, ante captam in utraque possessionem, Sedem semper vacare, & regimen spectare ad Capitulum.

Verum licet Episcopus teneatur possessionem in Cathedrali sua capere Capitulariter, juxta Bonifacii dispositionem; sicut etiam Canonici & omnes alii Beneficiarii per installationem in Sede propria, prout de Episcopo adest d. decisio Vercellen. coram Penna; & de ceteris omnibus Beneficiariis, prout pluribus decisionibus notavit Barb. de Canonici & dignitatibus, c. 15. n. 6. Lotterius de re benef. l. 2. q. 21. num. 34. tamen verius credo absolute sufficere possessionem in una captam, ut Sedes Vacans expiret; non solum ut exercitium accipiat, verum etiam ut si statim è vivis decesserit Episcopus, nova indigeat Sedis vacantis publicatione, novis ministris, &c. prout in Diocesis Calagurritana & Calciatena. ad invicem unitis accidit; ubi Anno circiter 1612. vacavit Sedes per obitum D. Petri Manfo, ad eamque fuit promotus D. Petrus de la Camara Vallisoletanæ Cancellariæ Preses, quia capta possessione in Calagurritana Ecclesia tanquam primæva, ad meliorem vitam translatus fuit, antequam Ecclesia Calciatena possessionem caperet; cum verò hæc Ecclesia alterius vicibus Sede vacante gubernetur, Tribunalia, & Ministros in una & altera collocando per concordiam; tumusque eo tempore esset in Ecclesia Calciatena. quæ cepit præterdere Sedem vacantem per mortem Doin. Petri Manfo durare, ex quo in sua Ecclesia non acceptaret possessionem D. Petrus de la Camara, licet in Calagurritana accepisset, quæ acriter contradicebat: tandemque negotio ad Vallisoletanam Cancellariam per viam violentie ducto, reque maturè discussa, pro Calagurritana iudicatum fuit, ita ut illi gubernium traderetur; pro ut mihi testis est D. Laurentius Ladró de Zegana ipsius Ecclesie Canonici emeritus, & maximo, & antiquo amicitia vinculo conjunctus, quæ

G 3





416 Sed si Ecclesia que unitur, diverse fuerit Diocesis, & Patronata, consensus etiam illius Episcopi, in cuius loco sita est Ecclesia que transferitur, petendus est: ut ex Communi probat Monet. de Commut. ult. volunt. c. 11. n. 226.

417 Quare deficientibus supradictis, data appellatione (quae non ab omnibus promiscue interponitur, sed ab eo solo cuius interest, Bellis d. conf. 137. n. 1. in terminis, & prosequitur num. 9. vers. Postremo:) ejus suspenditur effectus, l. 1. ff. ad Turpill. c. Venentes, in princ. juncto §. ultim. de Iureiur. melior text. in cap. Cum super controversia, §. ult. de Senten. & re iudic. Monet. d. cap. 11. num. 531. qui inferiori uniente loquitur: non tamen est casus noster, quia Papa solus unit Cathedrales, & ideo majorem habet difficultatem nam cum littere Apostolicae propter ipsarum reverentiam debeant executioni mandari post verificationem coram Exeutoro, per text. in cap. 2. de rescript. plures apud Garciam de benef. 6. p. c. 3. n. 25. Barbof. de exigent. pensio. qu. 2. in princ. & nu. 9. Licet appellatio fuerit permilla, tamen ejus effectus non suspenditur, sicut non suspenditur quando de nullitate cognoscitur principaliter, & non incidenter: ut idem probat Monet. n. 534.

418 Debet etiam Exeutor in praefocendis causis Unionis habere causae cognitionem, quae multa ex postulat. Primo Partis citationem ex supradictis, quibus adde Menoch. de Arbitr. lib. 1. quest. 15: Rebus in praxi tit. de Vmione, n. 43. & in reg. Cancell. de Union. gl. 11. n. 1. nisi in Gratia adscilicet clausula sublata & c. decretum irritans, & quod de subreptione & obreptione dari non possit: quibus casibus iustificatione non indiget: ut praeter doctrinas generales in terminis Tractatus nostri, tenuit Rota apud Cavaler. dec. 449. num. 5.

422 Secundo, si Ecclesia unita diversarum fuerunt Diocesium, tractatus debet praecedere: Rota dec. 11. de reb. Eccles. non alien. in auia. Practic. Rote verb. Union. 8.

423 Tertio, valor in specie debet exprimi & probari, si unio facta fuerit causa diminutionis quae non sit temporanea, & haec probatio debet esse specialis: Rota in Calagur. beneficii 28. Novembris 1605. coram Pamphilio, quam refert Lotter. de re benef. lib. 1. q. 28. n. 31. & talis debet esse diminutio quae reddat beneficium inhabile ad sustentandum Beneficiatum, itaut non reperitur persona idonea quae onera ferre possit: quo pacto intelligendus est Iustinianus Imperator in Auth. ut determinatus sit numerus Clericorum, §. Cum vero Deo, vers. Non enim. ubi ait: Non enim oportet ad mensuram expensarum querere possessiones: hoc enim simul ad auaritiam impietatque perducit, sed ex his quae sunt, expensarum metiri: & ista diminutio non simpliciter consideranda est, sed habito respectu quantitatis assignatae a principio; ut per Rotam observat Lotter. d. q. 28. ex n. 81. usque ad 86. de cuius diminutione per decem annos constare debet: Rota dec. 189. num. 4. pari. 1. divers. Lotter. num. 82. Sed si diverse factae fuerint probationes per Partes, quarum omnes concludant in dubio contra Unionem iudicandum est, tum propter assistentiam iuris quod fructus praesumantur sufficientes, & potius aucti quam diminuti; tum & etiam ratione cultus divini: Seraph. dec. 1385. n. 5. Lotter. supra, ex num. 86. & de his quae narranda sunt vide Tondur. de Sanleg. quest. benef. p. 1. c. 37. per tot.

431 His vero quae diximus consequens est videre, quibus ex causis Unio non valeat: & praeter ea quae diximus, in iis quae in Unione narranda sunt breviter observas; quod si exceditur potestas Exeutoris, vitatur: Practicabil. Rotae verbo, unio, nu. 16. Atque ideo si fiat de Ecclesia tamquam vacante, si non vacat, nulla erit; ut ibidem deciditur: sicut & etiam facta simoniacae, non valet, sed est ipso iure nulla, ex Oldrado conf. 262. col. ult. vers. Praterita: Practic. Rota d. num. 16. Praterita facta sub conditione, ea efficiente non valet: l. Qui heres, §. Plautius, ubi Bartol. & Socin. ff. de condit. & demonstr. in terminis Angelus de legibus contrah. quest. 15. articulo 5. num. 154.

435 Quibus positis, superest ut examinemus causas quibus Unio dissolvitur sive revocatur. Et quidem plures sunt, de quibus late Lotter. de re benef. lib. 1. c. 29. per totum. In

primis enim queritur an ratione scandali dissolvatur? Et credo absque dubio posse dissolvi? nam propter scandalum privatur quis suo privilegio: Gloss. optima in cap. Renovantes, verbo, Prinquam, 22. dist. ubi, ut expresse tenet Card. Tusc. Practic. Conclus. lib. E. conclus. n. 1. Licet contrarium tenet Rota nihil allegans, de cisf. 596. p. 3. in noviss. divers. dicens, quod licet lex non permittat, imo prohibeat scandala; tamen nullam dicit propter haec dissolvendam esse unionem: quod ex dictis convincitur; & intelligendum est si alio modo non possunt scandala componi, tunc enim dissolvenda est Unio: ut optime consideravit Rota disputans etiam, an extinctio litium sit causa Unionis in Calagur. de Ariola 14. Maii 1593. coram Giffio, quam sequitur Lotter. d. lib. 1. q. 28. n. 68.

Et quidem maxima cum ratione; nam vitandi scandali causa, quam plurima sunt, quae alias non licerent: & Princeps secularis interponit auctoritatem ad illud vitandum, etiam inter Ecclesiasticos, non per viam Iudicii, sed extraordinarie cognitionis, de quo plura dicimus c. 18. de Pulpito Eccles. Cathedr. Plures apud Salgado omnino videndum de retent. bullar. 1. p. c. 4. num. 75. Salcedo de lege polit. lib. 1. cap. 12. §. unico, n. 14. Si vero Unio non est causa scandali, fed aliunde procedit, tunc Unio revocari non debet: ita declarat Rota dec. 542. p. 3. in noviss. divers. & dec. 578. & 596. eadem p. 3.

Secundo dissolvitur, si Iura Quindeniorum Cameræ Apostolicae non persolvantur, per Constitutionem Pauli II. (quae est 6. in novo Bullario) Anno Incarnationis 1469. octavo Iulio Januarij editam, quam post plures alios Romanos Pontifices confirmavit Paulus IV. Anno 8308. 10. Cal. Februarij, in eodem Bullario, Const. 10. & Pius V. Const. 38. ubi expresse de Cathedralibus loquitur fuit; de quibus Lotter. de re benef. lib. 1. q. 29. ex nu. 1. usque ad 8.

Sed an per simplicem cessationem transacto quindenio Unio revocetur, queri potest? Et licet prima facie dicendum videatur cessare, quia Paul. II. in praallegata constitutione, impetrari posse beneficium tamquam vacantia declarat; tamen verius est dolum debere intervenire: cum dicat si a solutione, aut oblatione praemissis cessare praesumpserint: quod verbum, praesumpserint, indicat contemptum: ut optime declarat Rota apud Cavaler. dec. 1. in Aquen. Irregularitatis 14. Maij 1607. & per Nauar. in Manual. qui in terminis loquitur cap. 25. ex num. 155. cum seqq. tenet Lotter. num. 9.

Dissolvitur etiam unio propter Regulam 12. Cancellaria quam solent Romani Pontifices in exaltum suae assumptionis diem publicare; per quam omnes revocant uniones, quae sunt tunc non fortitae fuerunt effectum: quae non se extendit ad eas, quae propter augmentum cultus divini factae sunt: cap. ubi nisi necessitas urgeat, vel pietas suadeat: de ferijs ut saepius declarat Rota, teste Lotter. d. q. 29. ubi plures citat ex n. 15. & seqq. ubi late, Garcias de benef. p. 12. c. 2. ex n. 283. cum seqq. Lotter. d. lib. 1. q. 28. ex n. 69. cum seqq. Rota in noviss. dec. 1143. n. 1. p. 3. Garcias d. c. 2. n. 289. Gonzal. d. glof. 5. §. 7. n. 48. nec ad alia quae ex causa necessaria concessa fuerint, Barb. in Collect. ad Conc. Trid. sess. 7. de refor. c. 6. n. 2. Lotter. d. q. 28. n. 69. nec ap Uniones quae vigore Concilii Tridentini sunt, quae in ipsa Regula excipiuntur, & unioni Cathedralium applicari non potest: nec ad uniones quae causa dotis sunt, vel ex alia necessaria, veluti ob augmentum cultus divini, vel in vim contractus, seu ex causa onerosa vel si unus Ordo supprimeretur, & ejus beneficia alicui Ecclesiae applicarentur, & aliis casibus, de quibus Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. d. glof. 5. §. 7. ex n. 45. cum sequentibus, & in terminis omnium supradictorum est optima decisio Cavalarii 449. omnino videnda, quae loquitur in terminis Ecclesiae Cathedralis Insuper & etiam de Unionibus perpetuis, non de temporalibus loquitur: ut cum pluribus notavit Valenz. conf. 22. ex n. 50. ubi late de hac derogatione per Reg. 12. Cancell. sicut nec comprehenduntur Uniones factae ex causa onerosa, & in recompensationem, Gonzal. dist. §. 7. num. 50. Garcias d. c. 2. n. 297. ubi plures Decisiones invenies. Quae locum habent etiam si in unione adscilicet clausula pra-

450 praeservativa a futuris Regulis Cancellariae tam suis, quam Successoribus, nam cum hoc casu procedatur per viam legis, praedecessor legem non potest imponere successoris, c. Innotuit 20. §. Quamvis autem, & de elec. l. ille a quo, §. Tempore unio ff. ad Trebell. Hinc est quod solum comprehenduntur casus excepti in d. Reg. 12. qui solum solum casus necessitatis ex defectu mentis Legislatoris & contractus, vel unionis factae in vim Concilii: ut late Lotter. d. q. 29. ex n. 22.

452 Insuper Unio amittitur propter abutium, c. ubi, 74. dist. c. Privilegium, 11. q. 3. c. In privilegia, de privil. qui universaliter probant in quocumque privilegio. Et in puncto Moneta c. 11. n. 545.

454 Adverte tamen aliud esse, Unionem dissolutam, aliud Unionem non cessare, fed suspendi: quae suspensio in resignationibus inferi solet, nempe Clausula suspensiva quarumcumque; unionum; de cuius virtute plura tradunt Mand. de signat. Grat. §. Resignationes, vers. datur suspensio. Flamin. Paris. de reg. benef. lib. 8. q. 7. n. 172. late Lotter. de re benef. l. 1. q. 28. n. 172. quae Clausula etiam Uniones consistorialiter factas capit; cum in eis eadem militet ratio; ut bene duabus Rotae decisionibus allegatis observat Lotter. de re benef. l. 3. q. 14. notans contrariam sententiam, quam tenuit Rota apud Garciam de benef. 11. p. c. 4. n. 42. esse revocatam: ut notavit Beltramin. in addit. ad Greg. 15. dec. 159. n. 8. & 9. & ideo semper ponendam esse in resignatione, ne unio effectum fortitur; notavit Lotter. n. 173. quae praeservat ab illa quae posita fuit, videlicet, cum primum per cessum vel decessum vacaverit; ut pluribus Rotae decisionibus probat Lotter. num. 174.

457 Deinde dissolvitur Unio, sive ut melius dicam extinguitur, per renuntiationem, quae non potest fieri in Tertii praedictum: si ille qui renuntiat, habilis est ad renuntian- dum: ut probat Monet. de comm. ult. volunt. c. 11. ex n. 535. ubi agit etiam de renuntiatione tacita.

458 Potest etiam dissolvi Unio, quae facta fuit propter fructuum tenuitatem, quando scilicet venerint ad augmentum: cap. Cum N. de Constit. Clem. ne in agro, §. Ad hac, de statu Monac. sic unio facta propter populi deficientiam, v.g. propter pestem, bellum, aeris intemperiem, vel terrae sterilitatem, si Populus revertatur, potest etiam dissolvi: c. Quia de relig. domib. c. ult. de Pavoib. Ita etiam si propter unionem ceperit Ecclesia detrimentum percipere, ut si tollatur aliquod bonum, poterit etiam ipsa unio revocari: c. 1. ne Sede vacant. c. De Monachis, de preben. Tamb. de Iure Abb. p. 3. disp. 15. q. 6. n. 3. Quae omnia deficient, si in Unione adscilicet privilegium Romani Pontificis, qui sufficienter non fuerit derogatum per verba revocationis Unionis, sive Regulae Revocatoriae; quae asserti habere Abbates Benedictinos, Tamb. de Iure Abb. tom. 3. disp. 15. q. 4. per totam, vel si Pontifex unionem confirmaverit, per aliquam transactionem Partium; ut resolutum fuit in Casaraugustana Portionis del Castellar, 27. Junij, 1631. coram Merlino, relata à Tambur. post Tractatum de Iure Abb. dec. 120. num. 2. Quomodo autem huiusmodi revocatio faciendae sit? Respondeo, eodem modo quo Unio facta fuit: debet itaque causae cognitione praecedere: c. 1. in fine, ne Sed. vacan. vocandi sunt hi quorum interesse potest, cap. ult. de elec. in 6. & si ad duas pertinet Dioceses, utriusque Episcopus vocari necesse est: c. Sicut mire, de excess. Pralat. si vero fuerit iurispatronatus, Patronus ipse vocandus est: c. Pienemitis, c. Felicitas, 16. q. 1. de quibus omnibus Azot. inf. mor. p. 2. l. 6. c. 29. in fine, Tamb. ubi prox. n. fin.

464 Quibus autem modis Unio fortitur effectum? opus etiam erit explicare. Et Primo diximus, ad validitatem unionum requiri quod vivente Papa suum fortiantur effectum; si periret ut videamus quo pacto hoc contingat. Ad cuius materiae explicationem sciendum est, aliud esse unionem esse perfectam, aliud vero suum fuisse fortitam effectum: perfecta tunc dicitur, quando Gratia est facta, quia formata esse rei; vulgata l. Julianus, §. Si quis, ff. ad exhiben. Effectum vero est fortita, quando periclitur per cessum in quo vacat beneficium; ut bene notavit Lotter. de re benef. lib. 1. q. 28. ex num. 191. & ita Unio dicitur facta, effectus vero dilatus usque ad vacationem: idem Lotter. d. q. 28. ex

num. 200. cum seqq. quae non habet locum donec ad notitiam Partis pervenerit; Monet. de Commut. ult. vol. d. c. 11. num. 522.

Quibus positis, Dico primo, quod tunc temporis Unio suum est effectum fortita, cum per cessum, vel decessum obveniens vacaverit, simulque apprehensa est possessio; ut communiter Glossatores d. Regula 12. Cancellariae scribunt, & docet Mandosius ibi, q. 5. & est communis opinio Rotae, teste Garcia de benef. 12. p. cap. 2. ex num. 281. Plures apud Barb. de uniu. iur. Eccles. d. lib. 3. c. 16. n. 65. nec requiritur ad hunc effectum, quod ex tali possessione fructus percipiuntur, ut contra Mand. tenet Nic. Garcias d. c. 2. n. 291. Ricc. in prax. for. Eccl. resol. 376. num. 2. secunda. Rom. Impres. Imò nec requiritur quod possessio sit pacifica, Garcias num. 293. Barb. ubi sup. num. 66. aliis enim in potestate cuiuscumque esset Unionem revocare, licet movendo super possessione, donec per assumptionem voti Romani Pontificis Regulae Revocatoriae Unionum fieret. Quod de Unione, tituli extensiva, intelligitur; non vero de dismembratione fructuum intacta substantia: ut bene distinguit Lotter. d. lib. 1. q. 29. n. 27. Ratio autem differentiae eo consistit, quod Unio extinctiva tituli, censetur facta in diminutionem cultus divini, cum per ea amittatur titulus, & alteri Ecclesiae, unita famuletur; quae in alia Unione non consideratur: ut post Glossatores antiquum Regularum Cancellariae consideravit Lotter. num. 31. & ita communiter sentiunt Antiqui & Moderni Doctores, dismembrationes fructuum, quae extinctivae nullatenus sunt tutiorum, non cadere sub Regula revocatoria Unionum: ut per Crescen. dec. 1. numer. 3. de preben. Seraph. dec. 982. n. 1. & 2. observat Lotter. num. 29. quae Regula non capit Uniones factas ex causa necessaria, puta ex causa dotis, vel pro augmentum dotis necessaria pro sustentatione Beneficij; nec ad eam quo fit ex causa onerosa, prout relatis Gonz. Garc. pluribusque aliis Doctoribus, & Rotae decisionibus, prosequitur Barbof. n. 66.

Secundo etiam fortita censetur effectum, si unio habeat Clausulam, quod ex nunc prout ex tunc, cum primum per cessum vel decessum vacaverit, unium censetur, cum non possit isto casu de Jure controversi, ex ea Clausula iudicatum esse effectuationem: l. huiusmodi 64. l. scita stipulatus 120. ff. de verbor. oblig.

Qua ratione, Gratia concessa de beneficio vacaturo cum simili clausula, uti perfecta, non expirat morte Papae: ut per Rotam apud Pennam dec. 244. n. 3. in Calagur. Canonice. 1. Julij 1592. secunda. Lugd. Impres. Gonz. d. dec. allegata glof. 12. n. 42. vers. sic etiam Lotter. n. 34. cuius dispositioni in novis Regulis Cancellariae solent etiam Romani Pontifices derogare addendo haec verba: Etiam si in eis decretum esset illas ex tunc effectum fortitas essent eadem Rota in d. Tolerana Capella 13. Januarij 1598. Lotter. n. 35. & hoc ex mente Pontificis ita concedentis, & suam explicans voluntate ratione dicte Clausulae, ex Rota apud Cavalerium dec. 449. num. fin.

Verum in hoc considerandum est, quod si Clausulae, ex nunc prout ex tunc, addatur Clausula, quod vel decedente, non suspendit unionem, sed perfectam, & tunc nihil operatur: ut consideravit Rota in d. Tolerana Capella de Pastrana 23. Januarij, & late Lotter. ex n. 36. Quod intelligere debemus, si verba illa, cedente vel decedente, stent de per se; non vero si unio fiat ex nunc prout ex tunc, cedente vel decedente, cum diversum sit, statim perfectam esse Gratiam, ex nunc; aut suspendi ipsam: Unio enim semper est perfecta, suspensio vero respicit executionem: ut optime consideravit Cavaler. dec. 449. in una Alien. beneficij 15. Januarij 1618. & aliis dabit Lotter. n. 38.

Tertio, fortita censetur effectum quoad unum beneficium, ad hoc ut etiam quoad alia beneficia unita, censetur effectuatua ob universalitatem causae, quae potius attenditur quam quisque casus particularis, & illius exercitium ut ex pluribus Rotae decisionibus & Auditoribus resoluti eadem Rota in Casaraugustana portionis del Castellar 27. Junij 1631. coram Merlino, relata per Tamb. post Trait. de Iure Abb. dec. 120. n. 2. & 3. Ad idem Garcias d. c. 2. n. 294. Grat. plures decisiones referens discept. 893. num. 56. Farinac. in



notum in Hispania; Et de hac praxi testatur Gonz. *dist. 5. 7. num. 31.*

370 Merito supradictis adiungitur aliud dubium, an Episcopus, seu Clerus concurrentes in Concilio Provinciali five Diocesano, habens duas Cathedralis unitas, duas habeat voces? In qua breviter dicendum est, quod supposito quod Episcopo liceat in qualibet Civitate Synodum celebrare, c. *Abbatas*, 16. 18. *quest. 1.* nec teneatur celebratam in una, in alia publicare, Clerum potest compellere accedere ad locum ubi voluerit celebrare, cum sit de lege Iurisdictionis: Hostiens. *in c. Dilectus* 18. *col. 2. ad med. ver. ad legem, de offic. Ordin. Gratian. d. discep. 655. ex num. 29. & 39.* quam ubi voluerit exercere potest: c. *Cum Episcopus*, de offic. *Ordin. in 6. cum aliis.* Ab hac autem Regula, Christianis confectio, seu Consecratio excipitur, quod uno anno in una Ecclesia, alio vero, in alia consecrandum est; ex particulari dispositione *in c. Te referente* 12. ubi DD.

374 de *Celebr. Missar.* quod ex decentia non ex necessitate intelligendum est, cum utatur verbo *posse*; notat Gratian. *dist. discep. 655. numer. 75.* Quod si Unio facta fuit accessorie, unam tantum vocem habebit; si vero Ecclesie unitae fuerint quae principaliter, duas: eo modo quo Episcopus duas habens Ecclesias, unam in titulum, aliam in Commendam, duas habet voces: prout distinguit Grat. *discep. 291. numer. 65. & discep. 655. ex numer. 29. usque ad 44.*

375 Ex dictis de facili intelligitur quomodo unus Episcopus duas possit praesidere Ecclesiis. In quo licet Regula sit negativa, ex c. *Sanctorum*, 70. *dist. c. Cum Ecclesiasticis*, c. *Dudum*, el. 2. *& per totam* 21. q. 1. Lessius de *inst. & iur. lib. 2. c. 37. num. 138.* Trid. *sess. 7. de refor. c. 2.* Tamen sciendum est, quod sicut propter tenuitatem Ecclesie ununtur, ita propter eandem causam potest Episcopus praesidere, & habere duas Ecclesias intitulas: c. *unico*, de *ita. & qual. c. Eamte*, de *reli. dom. c. Quod non est*, c. *In matrimonio*, c. *Gaudemus*, de *divorc.* quod intelligendum est quando una dependet ab alia, d. c. *Eam te*, vel propter raritatem Clericorum, c. *Clericus*, *in fine*, 21. q. 1. vel unam intitulatam, & alteram Commendam, c. *Quia plures*, 21. q. 1. c. *Dudum*, el. 2. de *elect. Turrecte. in c. Sane*, num. 33. *dist. 70.* Azor. *inst. mor. p. 2. lib. 6. c. 13. dub. 3.* quod non caret difficultate; & ita duobus Episcopatibus unitis, ambas Episcopus regit Ecclesias: cap. *1. ne sede vacante*: late Garc. de *benef. p. 12. c. 2. num. 6.* Imo duas Cathedralis unitas habere non repugnat; nam supposita unione, una reputatur; ut plurius probant Gonz. d. *8. 7. ex num. 29.* plura exempla adducens Gratian. *discep. 291. per totam, & 655. per totam*, ut supra etiam notatum reliquimus. Et in isto casu non tenetur nisi unum constituere Vicarium pro causis decidendis: late Rota apud Cavaler. *dec. cum in una Viterb. & Tusulanen. 3. Martij* 1617. Gratian. *dist. discep. 655. ex numer. 44.* qui residet ubi Episcopus voluerit: idem Gratian. *num. 65.*

379 Verum quia in his & aliis casibus ambae Ecclesiae Cathedralis discordare possunt, veluti in gubernatione Sedis vacantis; alternis vicibus locum debent designate pro nominatione Vicarij, & aliarum rerum administratione, vel alternis vicibus eligere, vel Ecclesia prius nominata, hoc est antiquior eliget locum; vel tandem si non constat de antiquitate, forte res dirimatur: Gratian. *discep. 655. ex num. 41. usque ad 45.* ubi plures citat; de quo vide quae dicemus *infra num. 374. vers. diximus.* Si autem plenè discordet, nec alio remedio pacari possit, ad Superiorem devolvitur nominatio Vicarij Sedis vacantis, juxta Trid. dispositionem: ut notavit Barbof. de *univer. iur. Eccles. l. 1. c. 32. num. 56.*

380 Quoad constitutionem vero Vicatii, majorem habet difficultatem; cum supposita Unione una sit Diocesis quoad Episcopum: & licet duae sint Cathedralis, id verum est materialiter tantum, quia formaliter ratione & virtute Unionis, unica est; quo supposito, facultas creandi binos Vicarios Generales certa est, ut causarum expeditioni facilius consulatur: cap. *Quoniam in plerisque* 14. de offic. *Ord. Clem. Et si principalis*, ubi Doctores de *rescrip.* plures

referens Barbof. in *Past. alleg. 54. n. 126.* dummodo eos constituat in loco ubi Sedem habet; cum haec qualitas necessario requiratur à Jure, ut dicatur Vicarius Generalis: ex pluribus adductis ab eodem Barbof. *in 127.* Ex quo inferuntur *seqq.* non posse constitui Vicarios, cum non possit in duabus Cathedralibus residentiam facere: Verum pace tanti Viri, verius credendum posse quidem cogi ad duos constituendos Vicarios, ex Grat. d. *discep. 655.* ubi late: sed tamen si velit, ei licere: Ducimur ex facultate quam habet, dummodo in loco residentia; & cum in una Cathedrali resideat, in alia censetur residere virtute Unionis, nec absentia ista reputatur absentia, fictione Juris; quia in illa Cathedrali unita, corpore tantum abest Episcopus, illaque omnia privilegia Cathedralium absque diminutione conservat: Gonz. *dist. glof. 5. 7. num. 118.* ideòque hac prerogativa privanda non est, cum fictione Juris ab ea abesse non videatur.

Nec obstat, quod ait Barbof. *num. 131.* quod cum respectu Episcopi una sit Diocesis, in qualibet residentiam potest exere, & sic satisfacit unica constitutione Vicarij. Cujus difficultatis facilis est solutio, si advertamus omnino extra quæsitum esse instantiam: aliud est enim Vicarium Generalem duarum Ecclesiarum unitarum exercere posse in ambabus, quod libenter concedimus: aliud verò, posse binos creare Vicarios; nam supposita facultate, de qua in d. c. *Quoniam in plerisque*, non est cur eam ita coangulemus; cum quotidie etiam extra Civitatem, ubi est Cathedralis, constitutum videamus.

Diximus *supra n. 369.* duabus unitis Cathedralibus, posse Episcopum uti Alternativa in gubernatione, & exercitio Jurium Cathedralium: at haec doctrina limitatur, nisi praescriptum sit ab altera earum exercitium quadraginta annorum spatium, etiam si praescriptum sit à moderniore Cathedrali unita: de quo videat etiam optima decisio *Meliten. precedentis* 22. Junij 1579. coram Seraphino dec. 410. quam omnino videas.

Supradictis consonum etiam est disputare, an de consensu Romani Pontificis, duo Episcopi in una possint praesidere Ecclesia, auctoritate & potestate pares? In qua affirmative respondet S. August. *Epist. 120.* ubi constat Valerium, Episcopum Hipponeensem eundem S. Augustinum sui Episcopum Antistitem Coadjutorem assumpsisse: de quo est *text. in cap. Non autem*, 7. q. 1. Quam etiam opinionem confirmat Panormit. *in cap. Quoniam, de offic. Ordin. num. 4.* Glof. *in d. c. Non autem*, 7. q. 1. nam licet de Jure Canonico duo ejusdem Civitatis Episcopi esse non possint, ut idem Panorm. probat in *c. 1. de Paroch. videndus* late Fr. Ludov. de los Angeles in *vita S. August. lib. 4. c. 16.* ea ratione videlicet ne Ecclesiasticus Ordo confundatur, ex ratione adducta à Gonz. d. *8. 7. n. 61.* Et eandem sequitur opinionem Glof. *in l. unica, C. de Metropol. Beryta.* Tamen cum hoc nec Juri divino, nec naturali repugnet, non est cur Papa id facere non possit: ut late Grat. plura exempla adducens *discep. 892. per totam*, à qua non est recedendum, cum nulla repugnet causa quare hoc repugnet Romani Pontificis summae & independenti potestati.

Nec obstat *text. in c. Inter corporalia, de translat. Episc.* ubi inter Praefulem & Ecclesiam contrahitur conjugium, Diana *resol. moral. p. 12. tract. 1. de Consecr. Episc. resol. 72.* quod consummatur Consecratione, sicut Carnale per commixtionem: d. c. *Inter corporalia: & c. Inter Canonicos, de elect.* hocque significat Annulus Episcopi, ut post alios notat Barbof. in *tract. de offic. divin. c. 12. n. 6.* sed una Sponsa duos Viros habere nequit; ergo una Ecclesia duos Episcopos habere non potest. Hujus autem Argumenti solutio facilissima est: nam de jure divino & naturali hoc in Matrimonio carnali prohibetur, non tamen in spirituali: unde mirum non est, ut quod illo casu non licet, ex dispensatione Pontificis in hoc permittatur. Ad idem videndus Diana *ubi supra resol. 73.*

Similiter nec obstat universalis usus totius Ecclesiae Catholicae, & quod pro monstro esset, unum Corpus duos habere Capita: cui non refragatur Patriarcha Veneratum, qui simul est Episcopus: nam ille verò non est Venetice Patriarcha,

cha, sed Grandensis: ut notavit Diana d. p. 12. *tract. de Consecr. Episcop. resol. 73. vers. Dico itaque*: de quo vide quae diximus *cap. 1. n. 76. & 77.* Quia hoc Argumentum procedit in Rom. Pontifice, qui ex Christi Instituto & precepto unus tantum esse potest, quod dixit Marth. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.* Er rursus Joan. 10. *Et sit unus Ovile, & unus Pastor.* Quod non procedit in inferioribus Episcopis, ex ratione dicta; quia licet naturaliter repugnet unum corpus duo habere capita, tamen non repugnat naturaliter duos esse in una Ecclesia Episcopos Romano Pontifici subiectos, eo modo quo duo possunt esse Imperatores, qui Ecclesiae Romanae sint in solidum Defensores, potestate pares; unus scilicet in Oriente, alius verò in Occidente: ut voluerunt Glof. & Panorm. *supra citati.* Quibus accedit Azor. *Inst. moral. lib. 3. part. 2. cap. 29. dub. 13.* idem Panorm. *in cap. Quoniam*, num. 4. de offic. *Ordin.* Barbof. *in Collect. ad text. in d. c. Non autem*, num. 6. Diana *latius d. resol. 73.* Hinc etiam est quod una Ecclesia duos potest habere Episcopos, unum tamquam principalem, alium verò tamquam Coadjutorem: *disto cap. Non autem*, 7. *quest. 1.* Et ita intelliguntur *text. in cap. Sicut vir*, *in fine*, & d. *cap. Non autem*, & *cap. Nihil*, *in fine*, 7. q. 1. qui loquuntur de S. Augustino, & ejus Episcopatu: quo pacto etià S. Petrus Linum & Cletum Coadjutores adhibuit, sed non Coepiscopos Titulares: cap. *Si Petrus*, 8. q. 1. & ita Episcopo agrotanti non fuit datus Episcopus Titularis, sed nudus administrator, *in c. Quamvis sit triste*, 7. q. 1. juncta Glof. *ibi.* quam sequitur Guillelmus Bened. *in quest. de Episcopatu*, num. 25. Circa cuius interpretationem, & an possint esse tamquam Principales: vide *Abbat. q. 1. num. 5.* secus autem esset de duobus Summis Pontificibus: ut per plures quos sequitur Barbof. *in Collect. ad text. in d. c. Non autem*, n. 7. quia hoc contradicit Scripturae, Joan. 10. *Erit unus Ovile, & unus Pastor.* Sed de hac questione vide quae late diximus *Cap. 6. de Causis erigenis novas Eccles. Cathedr.* Licet tamen hoc facere possit Papa ex suprema potestate, tamen cum universalis Ecclesiae usus ex traditione Apostolica fuerit, ut unus Episcopus cuique Ecclesiae praeficiatur, & unitas Pastorum & Antistitem ad Monarchicum regimen & singularium Ecclesiarum unitatem respiciat, non absque gravissima causa fieri debet: maxime stante exemplo S. Augustini, qui fertur dixisse, si seivisset Ecclesiae prohibitionem, nunquam habet ipsam Ecclesiae administrationem acceptavisset: sic Abbas refert in *cap. Quoniam, de offic. Ordin. d. ex eo Diana resol. moral. d. p. 12. tract. de Consecr. Episcop. resol. 73. in fine.*

Deinde dubitatur, Episcopo duabus Ecclesiis unitis praesidente, in qua teneatur residere? In qua questione dicendum, quod si unio facta fuerit quae principaliter, cum ambae remaneant Episcopales, c. *Relatio*, 21. q. 1. *cap. Monasterium*, 2. de *reli. domib. Perul. de Vnon. c. 1. n. 6.* Campegii *cod. tract. p. 2. n. 7.* electio residentia erit Episcopi: cap. *Et temporis* 50. ubi Glof. *vers. Verarumque*, 16. q. 1. Glof. *in cap. Non potest* 21. *verbo retinere, vers. Resideat ergo in altera*, ubi Gemin. n. 11. Franc. n. 5. de *prebend. in 6. Rebuff. de Vnon. benef. in praxi. n. 20. & 21.* Perul. *supra c. 8. nu. 1.* Secus autem esset, quando unio aequae principaliter facta non fuerit, quia debet residere in digniori: Abbas *in cap. Extripanda*, §. *Qui vero, de prebend. in 6. 1. Letti. num. 5. nota 4. & 2. Letti. nota 5. n. 5. Gemin. in id. c. Non potest.* Hocque est quod communiter docent DD. quod duobus unitis beneficiis, principalis est in quo resideat; de quo late Mafcar. *de probat. conc. l. 41. ex n. 16.* Si verò utraque principaliter est unita, ubi commodius erit, habitare poterit: cap. *Et temporis*, 16. q. 1. c. *Dilectus*, ubi Felinus, de *rescrip.* Et ita hanc questionem declarat Garcias d. p. 12. c. 2. n. 45. Gratian. d. *discep. 291. n. 65.* & latissime *discep. 655. ex n. 1. cum seqq.* Et in quacunque parte Ius poterit dicere, ex Gratiano *supra* relato, nisi una Ecclesia non dependet ab alia, quod impossibile est supposita unione: eo modo quo Valconia est Ducatus separatus, non autem pars Regni Angliae: & in Rege Aquitiae, qui est Dominus aliquarum provinciarum, de quibus loquitur Glof. *in l. 3. Frances de Eccles. Cathedr.*

ver. *privatum, ff. de offic. Praesid.* Gratian. d. *discep. 655. ex n. 21.* Itaque si Episcopus duas habeat Ecclesias ex dispensatione Apostolica, non poterit in una, negotia expedire alterius, cum unaqueque suum desideret Territorium: per ea *fin. c. ubi, & apud quem* fuit essent unitae: in ea quae late docet Gratian. *ubi proxime*, quamquam aliud esset, si Jus accepisset dicere in aliqua parte, & ibi ad sententiam citaret, non posset ad aliam partem se transferre: Bal. *in l. sit propositis*, 4. n. 1. c. *quomodo & quando* *ludex sententiam proferre debet*: Gratian. d. *discep. 655. n. 26.*

Dubitatur insuper, si unio fiat Ecclesiarum diversarum Diocesium, cujus consensus in alienatione bonorum requiratur? Et licet haec quaestio de Cathedralibus intelligi non possit, cum eo ipso quod Cathedralis erigitur, unius Diocesis fieri necesse est, tamen respectu alienationis bonorum quae univertur potest procedere, cum licet Papa de plenitudine Potestatis, ut saepe diximus, possit absque causa una auferre, & alteri dare, ut late c. 6. de *causis erigendi novas Cathedralis, in principio*, differimus: quod licet prohibendum sit à Trid. *sess. 7. de refor. c. 6. & 7. & sess. 14. c. 9.* ubi Barbof. *in Collect. & iterum sess. 24. de refor. c. 13. & 18.* tamen si fiat cum derogatione Concilii ab habente potestatem, idest à Papa, consensus illius in cuius Diocesi fuerit bona, vel Ecclesiae uniendae, requiritur etiam: ita tamen quod Ecclesia est unius Diocesis, bona verò, sunt in alia consensu Diocesani Ecclesiae, non verò illius ubi bona sita sunt requiritur: cap. *In venditionibus*, 17. q. 3. c. *Abbatibus*, 12. q. 2. c. *casulas*, 10. *quest. 2.* Perul. d. q. 2. n. 24.

Posita verò unione Beneficiorum diversarum Diocesium distinguendum est: vel est extinctiva tituli aliquid ex beneficiis, vel non: primo casu, omnes jus transducitur in eo cui est unum, aliis secus: de quo est optima decisio Rote *p. 5. p. 3. in noviss. divers.* licet securus sit amborum consensus requirere: ut consulit Gonz. d. §. 1. *ex nu. 58.*

Ad executionem verò Unionis deveniendo, Exequutor in primis citare debet omnes illos, de quorum interesse agitur: Barb. cum pluribus *in Collect. ad Conc. Trid. c. 6. sess. 7. de refor. num. 19.* Tondur. de Sanlegerio in *qq. & resol. benef. c. 37. n. 1.* inter quos Princeps in Cathedralibus uniendis connumeratur: idem Sanlegerius n. 15. Et licet horum consensus requiratur, Clem. unica, de *stat. monac. Trid. sess. 24. c. 15.* Garcias de *benef. p. 12. c. 2. n. 202.* Azor. *inst. mor. 2. p. lib. 6. c. 6. q. 19.* tamen si consensu noluerint, compellendi sunt iuxta existentem causam: idem Barb. *in Collect. ad d. c. 6. n. 26. & de univ. iur. Eccles. lib. 1. c. 32. n. 14.* Caccia *tract. de univ. art. 5. n. 2. in fine, & art. 6. n. 2.* Sanlegerius *supra*, d. n. 1. et ita procedi debere ad ulteriora invito Rectore probat Lot. iuxta existentem causam, *lib. 1. q. 28. n. 10.* Barb. de univ. *iur. Eccles. lib. 1. c. 32. n. 13. & lib. 3. c. 16. n. 43.* sicut etiam stante Consuetudine, potest Unio fieri etiam sine consensu illius, qui alias sentire debet: ut in Capitulo probat idem Barb. *in Pastore allegat. 66. n. 23.* sufficit tamen consensum hunc ex post facto accedere: ut pluribus probat Sanlegerius *supra num. 2.*

Haec autem regula fallit quando sortita fuerit effectum Unio, per mortem videlicet Rectoris; quo casu non datur citatio: Seraphin. *dec. 1078. n. 3.* licet facta vacatione per mortem, non comprehendat vacationem per privationem: idem Seraph. *dec. 1055. n. 5.*

Supposita verò Justitia causae, sicut non obest consensus Patrono, ita nec habenda est ratio consensualis cumque contradictionis, ut dicemus *infra n. 504. & seqq.* quare invito Populo nova potest erigi Cathedralis, quia necessitate vel utilitate postulante, sicut curandum non est an Populus instet, ita nec ejus contradictio aliquid ponit in re: Glof. *in Can. in novo, verb. rogaverunt*, 21. *dist. Lot. de re benef. d. lib. 1. q. 11. num. 29.* & idem populum non esse citandum, nec ejus consensum requiri, probat cum pluribus Sanlegerius d. c. 47. *nu. 5.* quia populus sepe contra propria commoda laborat: si vero scire desideres quomodo constet de consensu, & quomodo revocandum sit mandatum: consule Ludou. Bellis *conf. 137. ex num. 3.* & passim *per totum*, ubi plura de materia.



